



UNIVERSITÉ  
DE PARIS  
COLLÈGES



BIBLIOTHÈQUE  
DE  
L'UNIVERSITÉ







## Table

des ouvrages  
contenus dans ce volume.

1156754051

- 1 Bayeux (Collège de) Statuta collegii Baiocensis Statuta.
- 2 idem. Arrêt du parlement 1713 15<sup>me</sup> homologuant une conclusion de l'université du 27<sup>me</sup> 1713 relative à ce collège.
- 3 idem. Sicut un autre arrêt sur les Boursiers.
- 4 Factum relatif à la plainte maintenue en la principalité de Boncourt.
- 5 Orléans (Collège du) Statuta collegii Orléans-Borbonici edita die 7 Januarii, et de senatu confirmata 17 Junii. an. 1661.
- 6 idem. Regulæ collegii Borbonici-Orléani excerptæ à Statutis &c.
- 7 Grassins (Coll. des) Arrêt du parlement, 1710 4 mai, qui homologue l'avis des S<sup>rs</sup> Piot et Pourchot, sur l'administration des biens de ce collège.
- 8 Extractum e commentariis universitatis (relatif aux logements qui peuvent être concédés dans les collèges).
9. Eas. humbles et très-respectueuses représentations de l'Université de Paris au Roi, au sujet des lettres patentes du 20 Août 1767.
10. Universitas Studii Parisiensis Socii et amici universitatibus Studiorum.
11. Factum pour M<sup>r</sup> Claude de Cordoy esleu principal de la maison de Montargis, contre les S<sup>rs</sup> chartreux, opposans à cette election.
12. Ste Barbe (coll. de) Fondation 1556 19 novembre.
- 13 idem. Mémoire pour les curé et Marguilliers de St Hilaire à Paris ayant droit de présenter à 2 bourses du collège Ste Barbe deux enfans de leur paroisse.
14. idem Factum signifié pour les principal, procureur, Chapelain boursiers de ce collège contre les S<sup>rs</sup> recteur Doyens &c. de l'université de Paris.
- 15 Tours (collège de) Statuta Venerabilis collegii Turonensis parisiis fundati.

E. S. V. P.

16.

à Messieurs du Parlement (L'Université contre M<sup>e</sup> Lenormant, Syndic du Clergé  
du diocèse de Paris)


17.

Requête pour les Recteur, doyens, & de l'Université contre J. Magny, commis au greff  
des gens de main-morte, et de M<sup>e</sup> J. Lenormant, Syndic &c.











# EXTRACTUM

*E Commentariis Universitatis Folio 156. recto.*



NNO Domini millesimo septingentesimo duodecimo, die secundo mensis Januarii, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem habitis in Collegio Harcuriano. . . . .

Rektor Amplissimus dixit Gymnasiarchas & Procuratores Collegiorum ad se vocatos venisse, ac, Scribâ Universitatis coram se excipiente, rationem locorum & cubiculorum, quæ in interiore sui quisque Gymnasii parte locant, edidisse, atque appositâ syngraphâ confirmasse. In pluribus quidem, quod spectat ad inquilinos, observari Statuta diligenter: in aliquibus tamen hospitio conducto excipi, quos Statuta vetent in Collegiis habitare. Quâ de re, ne Tributorum Conquisitoribus ansa præbeatur immunitates Academicas attentandi, quas Illustrissimi Judices Regii Consistorii, nuper conservatas voluerunt, Deputatorum sententias exquisivit. Magister Edmundus Pourchot Syndicus legit Articulum septimum Appendicis ad Statuta, & pro munere suo postulavit, emitti quamprimum è Collegiis omnes quos ab iis arcent Statuta, atque in Gymnasiarchas, Præfectos & Procuratores, qui quâcunque de causâ prædicto Articulo septimo Appendicis parere neglexerint, pœnis Academicis animadverti. Re missâ in deliberationem, dictisque sententiis, PLACUIT unanimi consensu, Statuta, imprimis Articulum septimum Appendicis, ubique observari: nullâ morâ interpositâ eliminari è Collegiis omnes cubiculorum aliorumve locorum Conductores, quos ab iis arcent Statuta: denunciari, nomine Syndici, per singula Collegia, Gymnasiarchas, Præfectos & Procuratores, si qui parere distulerint, omni privilegio ac jure, ut aiunt, tam activo quàm passivo in Academiâ, privatum iri, illosque suo damno præstaturus, quidquid ex ipsorum negligentia decessenti Academicæ immunitates patientur. Atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit.

